



23.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
DE  
**VENAESECTIONIS SAEPIVS**  
IN  
**PERIPNEVMONIA REPETITAE**  
VSV EXIMIO  
SINGVLARI CASV COMPROBATO

QVAM  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS  
ET  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
P R A E S I D E

**D. ANDREA ELIA BVCHNERO**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE  
ET COMITE PALAT. CAESAREO,

*PRO GRADV DOCTORIS*  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,  
D. XXVI. SEPT. A.S.R. c15 CCLIII.  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

**ADAM FRIDERICVS KRAVSSE**  
POTSDAMPIENSIS.

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS.



PATRONIS FAVATORIBVS  
NEC NON MACEONIBVS  
ILLIUS  
V I R O  
EXCELENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO  
AC DOCTISSIMO  
DOMINO  
IOANNI NATHANAELI  
LIEBERKÜHN  
OMNIGENAE PROSPERITATIS  
MEDICINAE DOCTORI ET PRACTICO BEROLINENSIS  
FAMA ET MERITIS LONGE CELEBERRIMO  
ACADEMIARVM IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ET  
REGIARVM LONDINENSIS AC BEROLINENSIS  
SODALI LONGE MERITISSIMO,

ЯТОУА  
PRAECEPTORI OMNI PIETATIS CULTV  
PROSEQUENDO



PATRONIS FAVTORIBVS  
MAECENATIBVS

EA QVA DECE<sup>T</sup>

OBSERVANTIA AC PIETATE COLENDIS

HANC CE

DISSERTATIONEM SOLEMNEM

IN PUBLICVM

PIETATIS OBSERVANTIAE ET OBSEQVII

TESTIMONIVM

CVM VOTIS ARDENTISSIMIS

OMNIGENAE PROSPERITATIS

MDICINAE DOCTORI ET PRACITICO BEROLINIENSIS

LAMY ET MERITIS LONGE CETERIRIMO

D. D.

ACADEMIVARUM IMPERIVARUM NATARIE CARIOSORVM ET

RECIPIARIA LONDINENSIS AC BEROLINENSIS

SODALITIIS LONGE MERITISSIMO

A V C T O R.

V I R O  
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO  
ET EXPERIENTISSIMO,  
D O M I N O  
D. ANDREAE ELIAE  
BÜCHNERO  
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI  
POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI  
A CONSILIIS INTIMIS  
MEDICINAE AC PHILOSOPHIAE NATVRALIS  
PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO  
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM  
PRAESIDI ET COMITI PALATINO  
CAESAREO,  
PRAECEPTORI OMNI PIETATIS CVLTV  
PROSEQVENDO;



PATRONIS SABIRIBVS  
AIRIO  
ILLUSTRI EXCELSISSIMO  
ET EXPRESSISSIMO

DOMINO  
D' ANDREE ETIE  
BACHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBIS  
POTENTISSIMO RORASSE REGI  
A CONSILIIS INTIMIS  
MEDICINAE AC PHILOSOPHIAE NATARUM  
PROFESSORI BARTCO ORDINARIO  
IMPERNIS ACADMIÆ NATURÆ CARIOSORVM  
PRÆSIDI ET COMITI FALATINO  
CAESARIO  
MORTONI  
PROGULANDO  
PRÆCETORI OMNI PETATIS CATA

V I R O  
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**D.CHRISTIANO ANDREAE**  
**COTHENIO**

AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS CONSILIARIO  
AVLICO ET ARCHIATRO ORDINARIO,  
COHORTIVM BELLICARVM, NEC NON ORPHANOTROPHEI  
POTSDAMPIENSIS MEDICO FELICISSIMO,  
COLLEGII MEDICORVM SVPREMI DIRECTORI,  
ET COLLEGII MEDICO-CHIRVRGICI BEROLINENSIS  
DECANO,  
CIRCVLORVM QVORVNDAM PHYSICO,  
ACADEMIARVM CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM,  
ET REGIAE BEROLINENSIS SCIENTIARVM  
ITEMQVE COLLEGII SANITATIS MEMBRO  
LONGE MERITISSIMO,

PATRONO ET FAVTORI  
AD CINERES VSQVE SVMMPERE DEVENERANDO,

QVALESCVNQVE HASCE IN AVGVRales PRIMITIAS  
IN DEBITAE VENERATIONIS AC OBSERVANTIAE  
TESTIMONIVM,  
VLTERIOREMQUE SVI AC STVDIORVM SVORVM  
COMMENDATIONEM,  
CVM VOTO DEVOTISSIMO  
PERPETVAE INCOLVMITATIS AC PROSPERITATIS  
LAETISSIMORVMQUE SEMPER SVCESSVVM  
EA QVA DECET MENTIS PIETATE AC REVERENTIA  
SACRAS ESSE CVPIT

A V C T O R.



DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
DE  
**VENAESECTIONIS SAEPIVS**  
**IN PERIPNEVMONIA REPETITAE**  
VSV EXIMIO  
SINGVLARI CASV COMPROBATO.

---

PROOEMIVM.



Noctus me ferre Athenas & tritum  
saepiusque recollectum pro inaugura-  
li Dissertatione mea elegisse ar-  
gumentum, quibusdam primo for-  
tassis intuitu videbitur lectoribus.  
At vero adfectus quoslibet, quo  
magis sunt quotidiani & obvii, eo  
attentiorem & solertiorem requirere curam, nemini  
esse obscurum credo. Casum singularem clinicum,  
A 3 calci

## PRO O E M I V M .

calci huius Dissertationis annexum, Illustris ac Excellentissimus Archiater Regius, Dn. D. COTHE-  
NIUS, ex singulari plane, qua in me propendet, benevolentia mecum communicavit, eiusque auctoritas & mandatum, ut practicum hoc elaborarem thema, me permovit. Quod tractationis ordinem spe-  
ctat, ille mihi visus est convenientissimus, ut ea, quae ad intelligentiam sequentium sunt necessaria, praemit-  
terentur. Sic dissertationcula tribus distincta le-  
gitur capitibus. Primo de morbo ipso, peripneu-  
monia nempe, quaedam afferre placuit; altero de  
mutationibus a Venaectione oriundis tractavi, &  
tertio denique Capite repetitae Venaectionis usum,  
ad felicem absolvendam curationem, clarum & evi-  
dendum reddere studui, hisque veritates practicas esse  
aeternas, cum opinionum commenta dies delectat, ali-  
qua ostendisse parte acquievi. Lectorem interea pau-  
cis adhuc rogatum volo, ut de primis ingenii fructi-  
bus benevolum ferre iudicium, ac omnia aequi boni-  
que consulere velit. Deum vero Ter Optimum Ma-  
ximum, ut omnes meos conatus in sui ipsius glori-  
am proximique salutem quam clementissime semper  
dirigat, supplex oro precorque.



CAP V T

CAPUT I.

DE

PERIPNEVMONIA.

§. I.

  
P eripnevmonia vi vocis significat ad-  
fectum circa pulmones; cum vero  
hoc conceptu morbus, quem Au-  
ctores medici denotare student, mi-  
nus adaequate & complete exprima-  
tur, distinctiorem eius notionem ex-  
hibere praestat. Est itaque Peripnevmonia *inflam-*  
*matio vasorum arteriosorum per interiorem pulmo-*  
*nium substantiam distributorum.*

Definitio  
Peripnev-  
moniae.

§. II.

Ex anatomicis constat, pulmones esse viscus  
mirabilis admodum gaudens structura ac compage;  
quod ex infinitis fere cellulis seu vesiculis, & innu-  
merabilibus plane vasorum minimorum arterioso-  
rum ac venosorum myriadibus quam artificiosissime  
est coagmentatum. Ob tenerrimam ergo suam tex-  
turam habent haec yasa vim contractilem admo-  
dum exiguum. Si vero ex quacunque causa vis  
vasorum contractilis imminuitur, tunc fluida ipso-  
rum parietes magis distendunt, factaque dilatatione  
tanto facilius ac copiosius in talia penetrant yasa,  
quorum naturalis & angustior diameter accessum  
alias iisdem denegabat. Ex ingressu autem fluido-  
rum

Pulmones  
possunt in-  
flammari  
ob structu-  
ram.

### 8 De Venaesctionis saepius in Peripneumonia

rum in talia vasa, per quae naturaliter non trans-eunt, & quorum parietes debito destruuntur robo-re, oritur obstruc-tio, tamquam palmarium inflam-mationis fundamentum.

#### §. III.

Docet Physiologia, pulmones sanguificationi itemque ob functionem. egregie inservire, quodque horum ope sanguis non solum (qui, ob varias in multis ac diversis corporis organis factas se- & excretiones, suspectam spissitudinem, motuque celeriori maiorem acquisivit calorem,) iterum resolvatur ac temperetur, sed quod insuper quoque eorum beneficio crudiores diversaeque indolis chyli particulae intime inter se misceantur ac ita adaptentur, ut globuli sanguinei exinde proveniant. Sanguis autem, sero ac lympha non satis dilutus, calore, naturalem excedente, expansus ac rarefactus, multisque praeterea diversae naturae ac gravitatis alias fluidi particulis refertus, per angustos & exiles canales difficilime progre-ditur, horum elaterem destruit & sic obstruc-tio-nis caussam, quae inflammationem tamquam pedisse-quum & indivulsum habet comitem, in viscere pro-ducit ac sustinet.

#### §. IV.

Cuiusvis inflammationis magnitudo oritur & aestimatur ex maiori numero valculorum obstruc-torum, ipsiusque obstruc-tionis gradu. Parenchy-ma vero pulmonis totum quantum ex vasculis, iisque minimis (§. II.), est compositum. Vasa etiam ob-tenuitatem prae reliquis sunt flexilia, neque aliis parti-

Gravis haec  
est inflam-  
mationis  
species.

tibus magis resistentibus circumdata deprehenduntur; hinc orta in pulmonibus inflammatio non solum ob insignem vasculorum copiam longe lateque se diffundere, sed & ob exiguum parietum resistentiam haud leve acquirere potest incrementum. Accedit, quod vasa in pulmonibus sibi invicem sint valde contigua, multique ipsorum rami admodum breves sint; oborta itaque in hoc vel illo vase stasi inflammatoria, reliqua huic inflammato contigua comprimentur, adeoque pariter inflamentur, necesse est. In brevi etiam obstructo vasculo maior semper contingit obstructio, quam in alio longiori. Ostium enim eiusmodi brevioris vasculi a fluidorum vi distendente facilius dilatatur, sicque crassiores fluidi partes pro augenda obstructionis catissa facilius & copiosius transfibunt. Ex hisce itaque pulmones ad inflammationem subeundam satis esse aptos breviter quidem, sed simul perspicue, evictum me dedisse iudico.

§. V.

Arterias, non autem venas posse inflammari, *Vasa pulmo-*  
sufficienter iam notum est. In extremitatibus enim *num san-*  
*guifera.* arteriarum ad obstructionis generationem solam es-  
se aptitudinem, magna harum angustia & insignis  
fluidorum cum parietibus cohaesio declarare viden-  
tur. *Vasa* autem pulmonis *arteriosa* duplicitis generis  
observantur; alia enim sanguinem, quem vehunt,  
ex ventriculo cordis sinistro, alia ex dextro recipi-  
unt; illa *arteriae bronchiales*, & ab inventore *bron-*  
*chiales RUY SCHII* vocantur, quarum rami maiores  
ac principales vel arteriae aortae descendenti, vel  
inter-

10 De Venae sectionis saepius in Peripneumonia

intercostali suam debent originem; haec vero nomine arteriarum pulmonalium insigniuntur, quarum trucus ex ventriculo cordis dextro immedia te originem dicit. Morbi itaque huius sedem vel in prioris, vel posterioris speciei vasis, vel utrisque simul quaerendam esse, liquido exinde appetet.

§. VI.

Haec tenus Medici nulla peculiaria signa, inflammationem in vasibus bronchialibus ab illa in arteriis pulmonalibus distinguentia, cognoverunt ac detexerunt, nisi quod symptomatum ratione, & speciatim vehementiae atque durationis intuitu quedam intercedere videatur differentia; hinc utrumque morbum indiscretum *peripneumoniae* nomine denotare ipsis solemne fuit; ob situm vero & connexionem horum vasorum omnino suspicari licet, quod, etiamsi in finibus arteriarum pulmonalium obstructionis fiat initium, bronchiales tamen statim in consensum trahantur simulque adficiantur, & sic vice versa; neque etiam magnae utilitatis, in solatium qualemque aegrotantium cedentis, esset negotium, si duplex constitueretur peripneumonia, dum in curatione nullus plane ex hac differentia usus resultare potest.

§. VII.

Inflammatio modo Ad tutiorem autem & certiorem formandam prognosin, maiorem, ex mea sententia meretur attentionem diversitas, an vel uterque pulmonum lobus sit inflammatus, vel alteruter tantum malum sustineat? Fuerunt quidem, qui ex symptomatum gravi-

Inflammationes effen-  
tialiter in-  
ter se non  
differunt.

Inflamma-  
tio modo  
totalis, mo-  
do partialis  
est.

*repetitae usu eximio, singulari casu comprobato.* II

gravitate & respiratione praesertim laboriosissima totum semper in peripnevmonia laborare pulmonem iudicarunt. Observamus enim, inquiunt, in phthisicis, quibus totum pe<sup>c</sup>tus ab uno latere non numquam pure repletum, quod alter pulmonum lobus salvus adhuc & respiratio etiam quodammodo illae<sup>a</sup> permaneat; si ergo vel dexter, vel sinister tantum adficeretur lobus, non ita anxia esset respiratio. Respondeo autem ad haec, etiam in aliis morbis maximam saepius adesse pe<sup>c</sup>toris angustiam & respirationem difficultem, ubi nulla tamen in pulmonum viscere praesens est inflammatio. Ratio potius difficilioris huius respirationis, in peripnevmonia, a febre coniuncta peracuta dependet; cum in phthisicis vero tantum febris gradum non observemus, hinc respiratio etiam in iisdem liberior esse potest; proinde etiam experientia isti adfero contradicit, dum aegrotantes saepius de dolore unius tantum lateris conqueruntur, & sectiones cadaverum hoc morbo extinctorum testantur, unum pulmonis lobum solum fuisse inflammatum & corruptum deprehensem, sine ulla notabiliori alterius labe. Exemplum eiusmodi suppeditat promptuarium observationum medicarum locupletissimum, *Aeta scilicet Naturae Curiosorum*, in quorum Cent. IV. Obj. I. sectionis magni Germaniae Principis, peripnevmonia defuncti, mentio fit, simulque declaratur, sinistrum pulmonum lobum solum fuisse adfectum. Concedimus interim, quod uterque pulmonum lobus saepe saepius in hoc morbo inflammetur, tunc autem vehementissimis ille stipatus incedit symptomatibus, vix-

12 De Venaesctionis saepius in Peripnevmonia

que unquam vel rarissime curatur. Sic modo allegata *Acta Natur. Cur. Vol. III. Obs. XXVII.* exhibent talem casum inflammationis peripnevmoniae utriusque lobi.

§. VIII.

Recta & vera morborum diagnosis primum & unicum est felicis curationis fundamentum. Talem vero cognitionem morborum historiae, a prudentioribus & peritis artis salutaris doctoribus consignatae, optime procurare valent. Harum enim ope veram aegritudinum indolem ac caussam, nec non symptomatum genuinam investigare & explicare possumus originem. Praesentis itaque tractationis ratio postulat, ut ad ipsam historiam peripnevmoniae nos accingamus illamque succincte exhibeamus.

§. IX.

*Cognitio  
morborum  
historica  
est utilis.*

*Peripnev-  
moniae bi-  
storia.*

Veteres cum recentioribus amica quasi conspiratione consentiunt, quod peripnevmonia ingruat cum insigni admodum horrore ac frigore, quem statim excipit vehemens aestus, brevi ita increbens & ad delirium usque saepe invalescens, ut febrim peracutam continuam constitutat, concurrentibus insuper corporis lassitudine viriumque notabili prostratione, capitis vertiginosa perturbatione ac turbulento dolore. Coniunctum porro habet pulsum celeriorem, durum & inaequalem; adeo plenaria appetitus prostratio, turgescentia venarum colli, fitis intensior, faciei rubor, oculorum intumescentia, cum siccitate & inflatione linguae. Urina, quae mingitur, tincta satis appareat, clara tamen & pellucida est,

est, ac colorem monstrat rutilantem & flammeum. Succedunt agrypniae, praecordiorum angustia, respiratio difficult, parva & anhelosa, praecipue si in fanum latus decumbunt, summa denique orthopnoea, ut ad suffocationem evitandam erecti saepe sedere cogantur, cum dolore quadantenus obtuso gravativo ac profundo, versus spinam dorsi se extendente, ac in primis sub inspiratione & tussi sese exacerbante, aegrotosque molestissime adficiente. Tussis, statim in principio concurrens, est sicca & frequens; sub morbi autem progressu variat, ita ut circa tertium vel quartum diem humida evadat; materiae etiam color, consistentia & copia tunc mutatur, dum primo mucus tantum tenuis & spumosus relictus, qui dein fit cruentus & denique purulentus.

§. X.

Omnia haec symptomata simul sumta constituunt peripnevmoniam, & Medicum de eiusdem praesentia certum reddere possunt; ex illis autem nonnulla statim in principio adsunt, & *essentialium* ac *pathognomonicorum* nomen iure merentur, cuius generis sunt, febris acuta continua, tussis frequens, respiratio difficult & fervida, dolor gravativus, intumescencia venarum colli, rubor faciei obscurus, pulsus celer, durus & inaequalis. Quaedam etiam ex his tanquam effectus ex suis causis subsequuntur, uti sunt: decubitus corporis inquietus, plenaria ciborum versatio, sitis, linguae tumor & ariditas, urinæ conditio, pertinaces vigiliae, capitis dolor, & si gravior fuerit morbus, ipsa deliria.

B 3

§. XI.

14 De Venaesctionis saepius in Peripnevmonia

§. XI.

*Unde febris  
in peripnev-  
monia?* Ad febrem hanc acutam producendam non una, sed plures simul agentes cause concurrunt; obstructio nempe, irritatio & materia acris salina, vel statim in initio praesens, vel sub morbi incremento producta & generata, ut febris eiusmodi ardens excitetur & ad tantum vehementiae gradum evahatur, symbolum suum quam maxime conferunt. Obstructis nempe vasculis arteriosis motus sanguinis progressivus per reliquos ramos, cum obstructis his vasculis connexos, ut fiat celerior necesse est. In peripnevmonia sunt rami arteriae bronchialis obstructi; hi autem cum arteria magna, ex qua in omnes totius corporis partes sanguis diffunditur, connexi sunt; hinc, ut per totum corpus motus progressivi observetur incrementum, sequitur. Crescente autem causa, crescit etiam effectus; quo plures itaque arteriae bronchialis rami sunt obstructi, eo celerior in reliquis magnae arteriae canalibus motus erit progressivus. Ex antecedentibus autem patet (§. II-IV.), non solum fieri posse, ut multi huius arteriae rami facili negotio obstruantur, sed patet etiam ex observatione (§. VII.) adducta, si non omnes, plurimos tamen huius arteriae rivulos revera fuisse occlusos. Motus ergo sanguinis progressivus ut & in peripnevmonia naturalem longe supereret, non est quod dubitemus; auto vero motu progressivo, attinetur quoque intestinus, & sic oritur febris: sanguis enim hac ratione magis resolvitur, pluresque igneae, quam aliae particulae, magna vi agente praeditae, liberantur, quae sui iuris factae, exitu tamen e corpore

*repetitae usu eximio, singulari casu comprobato.* 15

pore interclusae, solida vehementer stimulando, febrem non solum producunt, sed eius etiam duratio-  
nis atque exacerbationis caussa existunt.

§. XII.

Dum arteriae pulmonales secundum §. V. hoc *Idem argu-*  
in morbo pariter obstruktionem patiuntur, sanguis, *mentum*  
a vi cordis ventriculi dextri in eas delatus, a venis *continua-*  
rite excipi & ad cordis ventriculum sinistrum trans-*tur.*  
ferri nequit. Regurgitat itaque & refluit ad ven-  
triculum dextrum, magnamque simul (ob molem ad-  
auitam ex continuato adfluxu per venam cavam,) exicit sensationem. A sanguine ita magis coacer-  
vato fibrae huius ventriculi nimis diducuntur, &  
nervi, hisce fibris intertexti, distenduntur, quae  
tensio nervis ventriculi sinistri ob consensem com-  
municata, vehementiorem in fibris muscularibus  
producit contractionem; naturali vero minor san-  
guinis moles ad hunc ventriculum per venas delata,  
haud satis resistit, adeoque validiori motu in arterias  
impulsus celeriter per corpus progreedi debet; ex  
celeriori autem progressu dependent effectus, qui  
adaequatam febris constituunt caussam (§. II.). Ir-  
ritatio ergo in corde producta febrem acutam in pe-  
ripnevmonia accendere valet.

§. XIII.

Dum ergo materia acris & salina irritationem *Ulterior*  
& obstructionem efficit, sicuti infra in enarrandis *continuatio-*  
peripnevmoniacae caussis monstrabimus, utique hinc *prioris ar-*  
febrem quoque ab ea concitari posse patet, & quo-*gumenti,*  
niam in omni inflammatione maior praestet parti-  
cularum

16 *De Venae sectionis saepius in Peripneumonia*

cularum aciorum proventus, quarum actio eo maxime vergit, ut massae sanguineae immixtae, inducta simul vasorum excretiorum coarctatione, fluidi rubicundi globulos magis resolvant, fortiterque in solida agant, febrem insigne exinde capere incrementum veritati convenient.

§. XIV.

*Unde tussis in peripneumonia.* *Tussis* in hoc morbo duplicem agnoscit causam; vascula enim obstructa, vesiculos aeras perpertuantia, vel ob maius, quod nausta sunt, volumen, ipsas vesicularum fibrillas distendunt, sicque ad maiorem contractionem stimulant, vel tunicae harum vesicularum, expansis suis vasis cum aliis magis contiguae & propinquiores redditae, frictionem patiuntur, quam maiorem & insolitam sensationem dein motus excipit sensationi proportionatus. Dum vero sub inspiratione vesiculos aera repletas urguntur, ut magis adhuc erga se invicem accedant pluribusque in punctis sese contingent, manifesta inde patet ratio, cur adeo frequenter aegrotantes tussiant, in primis cum insuper quoque materia acris, sub inflammatione praesens inque sensibiles has partes vel ex massa sanguinea delata, vel ex vasculis obstructis, cum quibus praeditae vesiculos cohaerent, secreta, magnam habeat vim, talem violentum & praeternaturalm producendi effectum.

§. XV.

*Unde respiratornis intricationis incommoda?* Quia in peripneumonia vasorum obstructa multo & crasto sanguine sunt referta, aeri non solum in vesiculos intranti harumque expansionem efficient, maiore

maior inde enascitur resistentia, sed ob tumorem insimul etiam vesiculae, quaquaversum pressae, vel plane non dilatantur, vel saltē impeduntur, quo minus naturale saltē dilatationis spatiū emetiri queant; oritur hinc difficultas respiratio & dolor ille in pectore gravatus. Halituum autem ex ore emissorum insolitus fervor, sufflaminatum aëris liberiore ingressum internumque in pulmonibus praeter naturalem aestum pro causa agnoscit. A decubitu in latus sanum respiratio magis omnino erit impedita, dum ab obstructo pulmonis lobo alter integer adhuc ac sanus quoque comprimitur suoque munere libere fungi haud valet; situs e contrario erectus respirationem liberiorem reddit & obtusi doloris insignem adferre videtur mitigationem: sub decubitu enim corporis in alterutrum latus, totum pulmonum pondus aëri ingredienti maius substernit impedimentum, & sanguis facilius ac maiori copia sub hoc, quam sub erecto situ, ad vasa ruit.

§. XVI.

Ventriculus dexter, ob denegatum circulum *Unde tu-*  
in arteriis pulmonalibus, sanguine magis repletus, *mor vena-*  
cruorem ex vena cava adfluentem non admittit; ve- *rum colli &*  
na itaque haec etiam repletur & in ramifications *rubor fa-*  
adnexas maiorem exferit resistentiam, unde sanguis *ciet?*  
in venas colli totiusque faciei copiosius restagnat, in-  
deque parietum dilatatio ac tumor oritur. Sed cum  
hac ratione sanguis arteriosus novam insimul resi-  
stantiam sentiat, eiusque motus graviter impedia-  
tur, hinc in extremitatibus arteriarum globulos san-  
guinis

C

18 *De Venaectionis saepius in Peripneumonia*

guinis rubicundi copiosius colligi, facile patet. Ex numero vero maiori globulorum sanguinis rubicundorum, in vasis collectorum, auctior partium dependet rubor; adeoque liquido exinde adpareat, cur facies in peripneumonia rubescat.

§. XVII.

*Unde decubitus aegrotum mole-*  
*tus?* Valde impeditum respirationis negotium  
(§. XV.) & cordis a sanguine distensio molestam  
omnino aegrotantibus creant sensationem anxios-  
que illos de vitae periculo reddunt. Sollicite itaque  
ingratae huius sensationis mitigationem quaerentes,  
modo hoc, modo illuc se convertunt, stupni iacent,  
ad latera decumbunt, situm etiam erectum eligunt;  
nullibi autem exoptatam invenientes quietem & al-  
levationem, indesinenter corpus irrequieti iectigant.

§. XVIII.

*Unde plenaria appetitus deie-*  
*ctio?* Quae alias in homine fano ciborum desideri-  
um excitare solent caussae, debitum nempe ventri-  
culi robur ac liquorum resolutioni & digestioni ali-  
mentorum inservientium iusta & sufficiens quanti-  
tas & conditio, sub statu inflammationis pulmonum  
deficiunt; hoc enim tempore sanguis impetuosius  
ac celerius per arteriosa vasa ad singulas corporis  
partes desertur, similiterque per venas revehitur,  
unde fluidum nerveum etiam magna in copia in ce-  
rebro elaborari nequit, ipsaque ventriculi vasa cru-  
ore vitali haud satis perfundi possunt. Iam vero in  
legitima fluidi nervei quantitate, & decenti vasorum  
cum sanguine bene constituto repletione, unicum  
roboris fundamentum consistit, & sub impetuoso*sangi-*

Sanguinis progressu liquoris gastrici, pancreatici ac salivalis modica sit secretio; insuperque tandem sub ingenti auctu febrili tota sanguinis mixtio immutatur fluidaque inde secreta alienam omnino induunt naturam: hinc merito ventriculum in corpore, ubi pulmones laborant, naturali destitu<sup>t</sup>o tono, & liquores digestionem promoventes huic officio plane inceptos deprehendi, non est quod miremur.

§. XIX.

Sitis ac linguae ariditas humidi defectum denotant, & partim a febre & frequenti respiratione, partim etiam a salivae defectu originem ducunt. Febris enim non solum tenuissimas & mobilissimas sanguinis partes consumit ac dissipat, sed ob saluum etiam & ignearum particularum liberationem harumque vehementiorem actionem, spasmus excitando limpidissimi fluidi secretionem, eiusque circulum per minima vasa, sufflaminat. Sub frequenti porro respiratione aer non solum cum impetu quodam pulmones ingreditur, fervidusque iterum ab ipsis emittitur, sed & ita celeriter motus, igneisque particulis refertus, humidum in linguae ac faecium superficie haerens facilime abripit & secum evehit, partesque exsiccando, stricturam inducit, & tali ratione efficit, quo minus ex arteriolarum finibus novum iterum humidum sufficienti in quantitate exsudare queat. Et dum omnes in eo consentiunt Medicis, salivam inter alios egregios usus hoc quoque emolumenti praestare corpori, ut interior oris ac faecium cavitas ab ea lubricetur & humectetur, uti-

XXX

C 2

que

*Unde sitis  
et lingua  
arida?*

20 *De Venaefectionis saepius in Peripneumonia*

que hinc ex ipsis defectu, qui a nimio aestu febrili & humorum tenuiorum aqueorum consumtione ori-  
tur, sitis quoque inferri & ariditas oris augeri debet.

§. XX.

*Unde urinæ condi-  
tio mutata  
& aliorum  
symptoma-  
tum ortus  
dependat?*

Sanguis, praesente pulmonum inflammatione per arteriam magnam motus, paucas tantum partes crassiores in se continet, magisque resolutus depre-  
henditur (§. XVII.). Urina ergo, quae hoc tempo-  
re secernitur, clara est, ab admixtis autem pluribus particulis igneis & salinis colorem naturalem flave-  
scientem in rutilantem ac flammeum mutat. Perti-  
naces denique vigiliae, capitis dolor, ipsaque deliri-  
a, tam ob valde impeditam respirationem, quam ob febrem eiusque effectus, ordinarie accedere so-  
lent.

§. XXI.

*Quae sit  
causa pro-  
xima mor-  
bi?*

Proximum nunc est, ut, expositis signis mor-  
bum nostrum manifestantibus, ad causas progredia-  
muri; his enim rite perspectis, indicationes pro ipsa-  
rum remotione facilius formari poterunt, melius  
quoque elucecet, quodnam remedium ad morbum  
debellandum praecipue commendari debeat. Peri-  
pneumonia autem est morbus inflammatorius (§. I.),  
cumque in omni inflammatione primum adsit stasis  
sanguinis cum obstructione minimorum vasculorum  
coniuncta, haec utique proximam eius constituit  
causam & reliqua omnia, quae stasis & obstruc-  
tionem talem producere valent, pro causis huius mor-  
bi antecedentibus habenda erunt.

§. XXII.

*repetitae usū eximio, singulari casu comprobato.* 21

§. XXII.

Has vero inter *nimia sanguinis quantitas* pri- *Plethora est*  
mum occupat locum. Sanguis enim copia excedens *causa ante-*  
*a vi cordis & arteriarum tardius movetur, pressio cedens hu-*  
*tamen & reactio vasorum in sanguinem est maior; ius morbi.*  
ob motum ergo tardiorem, cum maiori vasorum  
pressione coniunctum, spissitudo inducitur, dum  
partes feruae & tenuiores facile secedunt & a con-  
iunctis gravioribus rubicundis dissociantur; hinc  
crassiores particulae rubicundae, arctius coēentes,  
pristinam amittunt fluiditatem. Talis itaque san-  
guis ad motum per minima vasa, qualia etiam sunt  
in pulmonibus, continuandum, est ineptus, hinc in  
arteriarum extremitatibus subsistens, parit obstru-  
ctionem: sanguis enim copiosus dilatat nimis & ex-  
pandit vasa, sicque non solum robur ipsorum natu-  
rale infringit, sed dum nervi pariter comprimun-  
tur, horumque fluido liberior accessus denegatur,  
vim quoque vitalem imminuit; vasa autem debilita-  
ta humores in alveis suis colligi, ibique stasim con-  
cipere facilime permittunt.

§. XXIII.

*Depravata etiam sanguinis qualitas pulmoni-*  
bus nostrum morbum conciliare valet. Quod spis-  
situdo hoc praestet, §. anteced. vidimus: spissus enim  
sanguis aequa ac abundans, ob maiorem resistenti-  
am, vim cordis & arteriarum contractilem insigniter  
imminuit, sicque motum tardiorem efficiendo, ut  
per minima vascula transfire nequeat, obicem ipsi po-  
nit. Facilius itaque talis sanguis in hoc, quam in  
alio

22 *De Venaesctionis saepius in Peripneumonia*

alio viscere, vasa obstruere potest, sique insuper acris fuerit, tunc fines arteriolarum constringendo, ut a tergo urgens humor ulterius debite progredi nequeat, quam maxime impedit.

§. XXIV.

*Itemque in-  
ordinatus  
motus pro-  
gressivus.*

Motui etiam fluidorum aberranti tribuere possumus efficaciam, producendi in pulmonibus obstructionem. Nam si hic iusto sit celerior & impetuosis humores inde magis expandentur, vique maiori in vasorum parietes impulsi, horum conditio nem ita immutare valent, ut per orificia dilatata penetrare quidem possint, ulterius autem se mouere haud valeant.

§. XXV.

*Transitus  
ad reliquas  
caussas.*

*Occasionales* pariter seu *remotae caussae*, quae, sanguinis & fibrarum vasculorum dispositione concurrente, in pulmonibus statim & subsequente inflammationem efficere possunt, nobis nunc perlustrandae veniunt. A Medicis proctaristicae hae caussae in *naturales, non-naturales & praeter naturales* plerumque dispeccuntur, huncque ordinem pariter quoque in praesentiarum observare placet.

§. XXVI.

*Enarratio  
caussarum  
natura-  
lium.*

Ex classe *naturalium* primo se offert *temperamentum melancholicum & sanguineum*. In illo fluida ordinarie spissiora deprehenduntur; hinc quoque ad inducendam vasorum minimorum pulmonali um obstructionem, ipsumque hunc affectum excitandum,

tandum, satis omnino proclive & aptum est. In hoc autem iusto maior sanguinis quantitas facile generatur, quae, minorum & angustiorum vasorum elasticitatem imminuendo (§. XXII.), per arteriarum extremitates non promte satis fluere valet; sed moram ibidem necesse cogitur. Absolute quidem & vix non semper temperamentum cholericum & phlegmaticum ab hoc morbo excluditur, cum, experientia teste, praesentibus caussis agentibus vehementioribus, eodem interdum morbo subiecta iisdem praedita adficiantur; rarius tamen id fieri, sat validae comprobant rationes: in phlegmaticis enim vasorum aequa ac reliquarum partium mollium textura laxa magis occurrit, humoresque particulis activioribus salino-sulphureis minus abundant; vasa ergo facile quidem dilatantur, sed dum dilatatio, ob deabilem cordis & arteriarum vim, exigua saltem est, stases facile quoque iterum removentur, & ob sulphurearum partium minus abundantem copiam quiescentes succi non tam cito, ac alii, resolvuntur. Cholerici autem a benigna natura vasa amplioris diametri & sat firmae texturae natæ sunt; hinc sanguis in finibus arteriolarum non aequa facile, ac in reliquis temperamentis, subsistere potest.

§. XXVII.

Secundum locum in ordine harum caussarum sibi vindicat *aetas iuvenilis ac virilis*, utpote quæ, *tio prioris*. *Continua*  
iuxta venerandi senis, *HIPPOTRATIS, Aphor. XXX.*  
*Sect. III.* ad peripnevmioniam quam maxime est disposita. Corpora enim huius aetatis abundantiori plerum-

32 *De Venaesectionis saepius in Peripneumonia*

plerumque sanguinis copia sunt repleta, & dissipatis a vegeto solidorum motu serosis & lymphaticis partibus, maior ad spissitudinem inducitur proclivitas. Proinde quoque in hac aetate frequentiores contingere solent sanguinis ad peccus congestiones, in primis autem, si antea praegressa fuerint molimina ad narium haemorrhagias, vel tales etiam largius fluentes aut sponte substiterint, aut adstringentibus intempestive exhibitis fuerint suppressae, adeoque tunc facile & stases sanguinis & obstruktiones vasorum in talibus subiectis contingere possunt, prout hoc fusius demonstravit Illustr. b. m. HOFFMANNVS, in Dissert. de aetatis mutationibus morborum caussis. Habet proinde quaelibet aetas peculiares suos morbos, quorum ratio partim successivae solidarum partium evolutioni, per aetatis periodos evenienti, partim etiam earundem in structura & vigore sensim sensimque contingentia mutationi potissimum adscribenda erit. Ipsa quoque pulmonum constitutio nativa, in vasorum flacciditate, horumque interdum vitiosa conformatio consists, huncce morbum frequenter invitat. Sic iam olim STRAVSIVS, in *Pathologia medicae Part. II.* adnotavit, nonnullos, ob tam debilitatem a parentibus naestam, annua fere peripneumonia correptos fuisse.

§. XXVIII.

*Ulerior  
continua-  
tio.*

Porro quoque huc referri debent *sexus virilis & strictior corporis habitus:* sexus enim sequior, ob catameniorum fluxum, plethoram non tam facile alit, & ob vasorum mollitatem rarius inflammationibus est exposi-

expositus; hinc nisi mensum vel lochiorum retentio ac suppressio concurrant, virilis prae sequiori sexu hunc adfectum frequentius patitur. In strictiori ac densiori corporis habitu salutare transpirationis negotium facile turbatur, unde ad statum plethoricum magna oboritur dispositio, tuncque inutilium & acriorum partium in corpore retentio blandam humorum temperiem ita immutare valet, ut comoda accelerando huic morbo praebeatur occasio.

§. XXIX.

*Ex non-naturalibus rebus in primis aēr nimis frigidus,* quandoque etiam calidior nimisque gravis ac levis, agmen quasi ducunt. Aēr enim nimis frigidus, praeter noxios illos effectus, quos in toto corpore monstrat, in pulmones praecipue, quorum iuratus quasi hostis existit, perniciosa fūam exserit, efficiaciam sanguinem nempe inspissando & condensando, vasaque constringendo & coarctando, hinc itaśin producendo ac ulteriore & decentem fluidorum motum sufflaminando. Nimis calidus e contrario sanguinem expandit, serum subtile ac blandum dissipat & vasa ultra elaterem naturalem dilatat. Cum vero quoad maximam partem massā sanguinea a ferro, globulis rubicundis interposito, fluiditatem suam obtineat, hoc ablato cohaesionem partium augeri hincque spissitudinem produci, necesse est; spissa autem fluida, dum per vasā nimis dilatata progredivuntur, facile in iisdem subsistunt, eorumque alveos obstruunt. Aēr nimis gravis vasa tam totius corporis, quam pulmonum, comprimit & angustiora

*Enarratio  
cauffarum  
non-natu-  
ralium.*

D

red-

34 *De Venaesctionis saepius in Peripneumonia*

reddit, unde dein facile in iisdem, concurrentibus aliis caussis, stases sanguinis subsequentis evenire possunt. Aër denique nimis levis, in quantum sanguinis elasticitati non sufficienter resistit, nimiae va-  
forum seroforum ac lymphaticorum expansioni li-  
mites ponere haud valet. Tanto maiorem vero ta-  
les aëris conditiones corpori noxam adserent, si ef-  
fluvia acria, arsenicalia, corrosiva, adstringentia, hu-  
iisque commatis alia in se contineat. Experientia  
enim comprobavit, quod peripneumonia hac ratio-  
ne epidemica saepius fuerit inducta, cum funesto in  
plurimiis aegrotantibus subsecuto eventu. Multos  
quoque mortalium hic morbus iugulat, si crebri-  
oribus tempestatis vicissitudinibus & mutationibus  
aër alteratur, dum auram frigidorem inopinato ex-  
cipit calidior, & vice versa, secundum **HIPPOCRA-**  
**TIS Aphor. i. Sect. III.**

§. XXX.

*Continua-  
tio prioris.* Aëri succedunt *alimenta & potulenta*, praefer-  
tim viscida nimis, acida & acria, copiosius frequen-  
tiusque adsumta, cuius generis carnes sunt pingues,  
salitae & fumo induratae, omnia piscium genera,  
fungorum species, fructus horaei, farinacea ex ovis  
& butyro confecta, acetaria, aromata, nec non cere-  
visiae crassiores nimis lupulatae, acidæ, vina austera,  
generosa, acida & spiritus vini. Omnia haec partim  
multas in se continent cruditates, difficillime dige-  
runtur & impurum viscidumque producunt sanguinem,  
partim etiam (quod speciatim de potulentis  
adductis valet) sanguinem coagulando & vasa con-  
stringen-

*repetitae usu eximio, singulari casu comprobato.* 35

stringendo, ad affectum huncce producendum multum omnino conferunt.

§. XXXI.

Non minus quoque huc referendi sunt *nimii* *Ulterior corporis motus*, sub durioribus praecipue laboribus, *traetatio-*  
itemque cursitationibus, saltationibus & equitatio-  
nibus, imo & vehementioribus clamoribus & vocife-  
rationibus concitati. Limpidissimum enim humi-  
dum excedentes tales motiones magis, quam par est,  
evacuant, sicque sanguinis massà non solum spissior  
& acrior redditur, sed tonus etiam partium solidarum  
& vis vasorum vitalis imminuitur. Cum his  
quoque *adfectus animi vehementiores* ac *vigiliae diutius protractae*, coincidunt, eademque ratione in hu-  
mores vitales ac pulmonum vasa noxiū effēctum  
exserunt. *Quies* vero *nimia*, dum circulum sanguinis  
reddit tardiorē, insimul se- & excretionum suc-  
cessum legitimū impedit, unde partim vasorum  
robur infringendo, partim fluidorum quantitatē  
augendo, ut in minimis arteriosis vasculis stagnatio-  
nes oriantur, efficere valet. *Somnus* quoque *longior*  
& *tristes animi adfectus* similem inferunt noxam.  
Ultimo denique loco huc referenda sunt *excernenda*  
& *retinenda*, in quantum eorum excessu vel defectu  
vis corporis naturalis immutatur, & sanguinis crasis  
eiusque puritas ac fluiditas alteratur ac inquinatur,  
quorsum in primis pertinent insensibilis transpiratio,  
haemorrhagiae ordinariae, vel per nares, vel haemor-  
rhoides mensiumque fluxum contingentes, una-  
cum venaectionibus iam adsuetis, quae omnia,

D 2

36. *De Venaectionis saepius in Peripnevmonia*

quotidiana experientia teste, per quam frequenter prima etiam peripnevmoniae fundamenta, in plethorica maxime subiectis, ponere solent.

§. XXXII.

*Causae remotae præternaturalis.* Ex *causis præternaturalibus* variii morbi in corpore iam praesentes, vel prægredi, peripnevmoniae quoque viam sternere valent; tales autem sunt, tota febrium tam intermittentium, quam acutarum cohors, obstrunctiones & inflammations aliarum partium vicinarum, viscerum præcipue abdominis, maxime vero angina vera quomodo cumque turbata, itemque materia arthritica, morbillosa, variolosa & scabiosa, sinistro cum eventu ad interiora retrocedens & repulsa. Saepius etiam hic adfectus haemoptysin & dysenteriam præmature cohibitam, itemque spasmos improvide sedatos, ulcera antiqua intempestive consolidata sudoresque tam universales criticos, quam particulares pedum suppressos, excipit, quibus omnibus tandem adhuc pari iure adnumeranda sunt vomitoria draistica inconvenienter oblata, varia venena adsumta, pectoris graviores concussiones, sub casu ab alto vel iectibus vehementioribus contingentes, aliaeque huius commatis iniuriae externae.

§. XXXIII.

*Prognosis busius morbi.* Tractationis ordo nunc ad *prognosin* nos dicit, de qua pauca saltem, ad scopum nostrum pertinentia, subiungere placet. Est autem hic adfectus, ob summam organi ad vitam necessitatem, situm cordi maxime vicinum, sanguinis stagnantis copiam, & vasorum

lorum eximiam teneritudinem, facile destruendam, sotonicus omnino, gravis & periculi plenus. Summo hinc iure CELSVS de Medicina, Lib. IV. Cap. VII. affirmat, peripnevmiam vehemens & acutum esse malum, quod plus periculi, quam doloris habet, paucosque ea correptos evadere; & hoc sane eo certius contingit, si uterque pulmonum lobus ex praegressis gravioribus cauissis fuerit inflammatus, & si adhibitis optimis remediis gravissima symptomata, febris, anxietates, difficilis respiratio, vigiliae, inexplicabilis sitis, viriumque prostratio, nullo modo remittant & mitiora evadant, sed potius ingravescant, ita ut respiratio summe difficilis, suffocationem minitans redatur, delirium perseveret, extrema frigida evadant, & lipothymiae, cum facie Hippocratica, accendant.

§. XXXIV.

Valet tamen etiam & hic, quod HIPPOCRATES Aphor. 9. Sect. II. de morbis acutis in genere continuito. pronunciat, acutorum morborum praedictiones esse incertas. Ipsa sane experientia, optima Medicorum magistra, assertum hoc de peripnevmonia verum esse, saepius confirmat. CELSVS quoque Lib. II. Cap. VI. non dissentit, frustratur interdum, inquiens, *spes, & moritur aliquis, de quo Medicus securus primo fuit.* Optima autem circa prognosin formandam, tam in reliquis omnibus morbis, quam potissimum in nostro affectu inflammatorio, observanda regula illa est, quam GALENVS in Prognosticorum Libro VI. tradidit, ut nempe vis morbi cum aegri facultate conferatur; quam arduum autem & difficile hocce sit negotium, artis exercitium abunde testatur.

D 3

§. XXXV.

38 De Venaectionis saepius in Peripneumonia

*Prognosis  
de salutari  
eventu.*

*Frequens  
est peri-  
pneumo-  
niae recur-  
sus.*

*Generalia  
ad curatio-  
nem spe-  
ctantia.*

§. XXXV.

Quicquid autem salutis felicisque eventus in hoc morbo sperandum est, venerandus senex HIPPOCRATES in *Coacis praenotionibus* concisè quidem, sed eleganter paucis comprehendit: *Bonum, inquit, est, si facile aeger morbum sustineat, sputum prouite exspuat, facile spiret, non extrema siti affligatur, somni, sudoris & urinæ excretio laudabiliter fiat; contraria mali omnis sunt.* Hinc iuxta eiusdem *Aphor.* 16. *Sect. VI.* si diarrhoea peripneumoniae succedat, malum iudicatur, & iuxta *Aph. ii. Sect. VII.* phrenitis ex peripneumonia mortem iamiam accedere declarat.

§. XXXVI.

In nullo autem viscere inflammations facilius, quam in pulmonibus, recurrunt: prostant enim exempla eorum, qui cum sanitate vix in gratiam redentes, eodem iterum morbo sunt adficti, nec non eorum, in quibus morbus bis, ter, quater quotannis vestigia repetit; & licet etiam non semper inflammatio denpo recrudescat, ad periculosas tamen congettiones, molestos dolores, sexcentosque alios adfetus occasionem praebet ac viam pandit.

§. XXXVII.

Explanatis sic iis, quae ad affectus huius theoreticam considerationem spectant, quoisque quidem imbecillioris ingenii id permiserunt vires, pauca quaedam adhuc de eiusdem curatione merito erunt subiungenda. Cum ergo peripneumonia sit inflammatio, haecque ab obstruktione vasorum minimorum arteriosorum dependeat, utique hinc circa mede-

medelam eidem ferendam praecipue solliciti esse debemus, ut sanguis vasis impactus liberiorique motu destitutus iterum expediatur, pristinoque circulo restituatur; quodsi autem haec intentio a Medico impetrari nequeat, tunc de blanda sanguinis subsistentis suppuratione, purisque per sputum evacuatione ferio est cogitandum; dein symptomatum quoque urgentium ratio habenda, viribusque tam totius corporis, quam partis adfectae, decenter est prospicendum; totius tamen curationis cardo cum in primae indicationis executione consistat, media huc facientia ut aequa iudicii lance a nobis ponderentur, operae omnino pretium erit. Pro reliquis adductis indicationibus perficiendis, partim in scriptis doctissimorum Practicorum, partim ipso in casu clinico, huic Dissertationi annexo, convenientia iam adducta prostant media, ut fusori illorum enumeratione merito supercedere queamus. Est autem in primis Venaeffectio, & quidem saepius repetita, egregium illud remedium, in quo & Medici & aegrotantes exoptatum plerumque inveniunt auxilium, de qua idcirco nunc seorsim agere, eiusque tam generales, quam speciales, in hoc potissimum affectu se se manifestantes salutares effectus, paulo exactius exponere placet.

C A P V T II.

DE

VENAESECTIONIS GENERATIM SPECTATAE EFFECTIBVS SALVTARIBVS.

§. XXXVIII.

Inter tot multa egregiaque fatis, interna aequa ac *V.S. egregii*  
exter-

40 *De Venaesectionis saepius in Peripneumonia*

*remedii no-  
men mere-  
tur.*

externa remedia, nullum esse omnino, quod sanguinis subtractioni ex venis palmam praeripere possit, iure meritoque putamus. Primis statim inventionis suae initisi, ob insignem utilitatem summamque efficaciam, quam cito praefat, Medicis ita se se commendavit, ut maiores nostri in gravioribus quibuslibet morbis vix unquam eam neglexerint, &c., si ab ERASISTRATO AC HELMONTIO & paucis quibusdam aliis eorum affectis discesseris, nullum sane Medicorum de eximia eius efficacia, si congruo in primis tempore adhibita fuerit, dubitantem deprehendes. De effectibus ergo in generis ab hocce remedio expectandis ut in praesenti tractatione paucis nunc agamus, specialiores denique, ad praeferentem morbum spectantes, subiungamus, ipsa tractationis ratio iure suo postulat.

§. XXXIX.

*Diversus  
V. Sni finis.* Per Venaesectionem sanguinis non solum massam imminuere, ipsiusque adfluxum in parte quadam adfecta ad aliam huic vicinam deducere, sed motus etiam directionem huius fluidi alterare & immutare possumus, ita quidem, ut partes, ad quas rapidiori antea ferebatur circulo, nunc tardiori irroret flumine, & ad alias, ab affectis remotas, maiori properet celeritate. Quid itaque Medici per *Venaesctionem evacuatoriam*, quidque per *derivatoriam* & *revulsoriam* denotatum velint, clare ex hisce intelligitur.

§. XL.

*Variae san-  
guinis con-  
ditiones.* Cruorem vitalem, quando sanitatem laedit, vel quantitate, vel qualitate, vel motu peccare, tam ratio, quam

*repetitae usu eximio, singulari caju comprobato.* 33

quam experientia docet. Peccat autem *quantitate*, si copia vel excedit, vel deficit, & *qualitas* laborat vito, si sanguis vel spissus, vel tentis nimis deprehenditur; *motus* etiam a naturali deflectit ordine, si est aut iusto velocior, aut tardior, aut erroneus & irregularis.

§. XLI.

Excessus sanguinis in quantitate dicitur *plethora*. Effectus  
V. Snis in  
plethora. haecque secundum HIPPOCRATEM, valetudinem viviat. Superius iam (§. XXII.) noxiorum quorundam effectuum, qui a plethora oriuntur, mentionem fecimus, adeoque non opus erit ut fusi eosdem hic iterum enarremus. Sub V. Sni sanguis emititur, adeoque quantitas eiusdem imminuitur; sublata itaque causa, eiusdem quoque effectus tolli, facile patet. Hinc fluida in corpore plethorico post V. Snem non solum amissam recuperabunt fluiditatem, sed solidis etiam debilitatis robur iterum restituetur. Nam cor totumque systema vasculosum non ita amplius dilatari, ac fluidum nerveum debita in copia secerni & intra vasorum parietes deferri potest. Cessat praeterea naturalis illa vasorum reatio fortiorque eorumdem in sanguinem pressio, unde pars ferola globulis rubicundis manet intermixta, horumque globulorum ulterior impeditur cohaesio. Cor etiam & arteriae, dum, ampliori dato spatio & remota resistentia, artus sece contrahunt sanguinemque maiori vi ac celeritate movent, ut ipse in minores partes dividatur perque minima vascula legitime transeat, efficiere valent.

E

§. XLII.

34 De Venaesctionis saepius in Peripneumonia

§. XLII.

*Effectus  
V.Snis in  
spissitudi-  
nem.*

Plethora merito tanquam fons, unde spissitudo emanaverat, potest considerari; hinc cum Venaesectione illam removeat, membranis arteriarum maius robur conciliet, cordis & vasorum systolen vegetiori motu cieat, totamque humorum massam concitatiōri ac expeditiori circulo propellat, facili sane negotio eius ope praestare possumus, ut, detracta ex incisa vena sanguinis portione, arctior globulorum contactus iterum reddatur laxior, motui oblucentes partes ad minimorum vasorum extremitates promptius amandentur, & sufflaminatae se- & excretiones in naturalem ordinem redigantur.

§. XLIII.

*Effectus  
V.Snis,  
quando san-  
guis in cor-  
pore deficit.*

Aliter cum V.Sne comparatum est, si ea administratur in corpore, ubi purpurei laticis defectus praefens est. A sanguinis enim paucitate cor & vasa non rite expanduntur, systole ac diastole languescit, humores languidiori motu procedunt, & fluidi nervei aliorumque succorum utilium secrecio retardatur; hinc diameter vasorum fit iusto minor, extremitates illorum sensim coarctantur, ac globuli rubicundi, non decenter agitati fortiusque cohaerentes, sanguini inducunt visciditatem, unde salutares non solum secretiones sufflaminantur, sed debitum etiam corporis robur mirum in modum infringitur atque destruitur; viscerum ergo laesiones ac humorum stases mox inde dein prodeunt. Magis itaque imminuta tali in subiecto sanguinis quantitate, ut recentia mala, ob caussae manifestius augmentum, magis

magis in dies increaserent firmioresque in corpore radices agant, prono fluit alveo.

§. XLIV.

Vena cum incidatur homini, ubi massa sanguinea respectu quantitatis & qualitatis modum servat & debite est constituta, sanitatis integratem cor rumpi & corpus omnibus malis, a sanguinis paucitate oriundis, adfici debere, quilibet cognoscet. Temerarie itaque agunt ii, qui sola ex consuetudine sanguinem aliquoties per annum mittunt, aut aliis mittendum consulunt. Iure meritoque tales reprehendit Illustr. b. m. HOFFMANNVS, *in Med. systemat.* Tom. IV. Part. V. Cap. III. *in sanguine,* inquiens, *nisi exundet, virium latet thesaurus, qui si subtrahitur, minima vascula concidunt & angustantur, unde & utilium succorum secretio & inutilium excretio imminetur.*

§. XLV.

Neque admittenda etiam erit V. S. si sanguis, quantitate integer, qualitate vel spissa, vel tenui, aut motu solito tardiori peccat. Talem enim sanguinis evacuationem, dum paucitatem molis comitem habet, effectus §. XLIII. adducti cerifissime excipiunt; quoniam tantum abeat, ut motu cordis ac arteriarum systaltico ac diastaltico languidiori reddito, vique corporis fracta, succorum vitalium in orbem circuitus celerior fiat atque erigatur, ut potius magis retardetur, & humores minori vi per canales suos transmittantur.

§. XLVI.

Ex eodem hoc fonte etiam non tollitur hoc re-

E 2 medio

*Effectus hu-  
ius remedii  
sub bona ac  
decente san-  
guinis con-  
ditione.*

*Quid ori-  
tur in cor-  
pore per V.  
Snam si san-  
guis quali-  
tate & mo-  
tu peccat.*

*Quaedam*

36 *De Venaesectionis saepius in Peripneumonia*

*sanguinis  
qualitas  
V. Snis  
omissionem  
faudet.*

medio *spissitudo sanguinis*: dum enim caussae, quae eandem inferre valent, potius augmentur, necessario hinc ex debiliori & tardiori reddito humorum circulo maior partium cohaesio indeque dependens visciditas oriri debet. Multo minus autem *sanguinis tenuitati*, quatenus absque nimia quantitate consideratur, per V. Snem mederi possumus. Si enim eiusmodi tenuitas superfluo fero natales suos debet, tunc per sanguinis subtractionem hanc quidem alterare, humoribusque densiorem consistentiam conciliare valemus; ast, cum talis inspissatio prostrationis virium & hanc excipientis tardioris motus sit effectus (§. XLIII.), utique hinc partes rubicundae cum serosis magis in coagulum & grumescentiam abire, quam decentem cohaesionem acquirere solent, unde corpori plus detrimenti, quam emolumenti subnascitur. Orta vero nimia fluiditate a salibus, magna vi agente praeditis, pars quidem materiae huius perniciose cum sanguine e corpore removetur, reliqua autem adhuc superstes manens & cum morifica sanguinis paucitate unum in effectum conspirans, maiori vi corpus aggredietur, se- & excretiones sufflaminabit, & acriorem ac fere erodentem nanciscetur indolem; hinc V.S. inopportunum plane huic malo profligando constituit auxilium.

§. XLVII.

*Venaesectio  
humorum  
curat rare-  
factionem.*

Quando sanguis ceteroquin sanus velociori circumvolvit curru, ob maiorem partium attritum tam inter se mutuum, quam ad vasorum parietes, calor emergit praeternaturalis, unde massae sanguineae

neae inducitur *rarefactio*. Ex hac purpurei crux-  
ris rarefactione, dum partes ipsius turgescentes laxi-  
usque cohaerentes maius, ac antea, occupant spatum,  
vasorum maiorum oritur violenta expansio, mini-  
morum vero compressio, ac secretionis fluidi nervi  
imminutio. Iam autem similes quoque effectus pro-  
ducit plethora (§. XXII.), adeoque sanguis rarefa-  
ctus in his cum illa convenit, & non nisi ratione mo-  
tus celerioris ac resolutionis, quae sanguini quidem  
competunt rarefacto, sub abundantia autem minus  
occurrunt, inter utrumque hunc sanguinis statum  
notabilis intercedit differentia. Instituta ergo tali  
in casu V. S. ne, & immunita sanguinis quantitate, ut  
reliquo maius in vasibus concedatur spatum necesse  
est, dum hac ratione sanguis non amplius aequaliter  
per singula vasa distribui potest, ordinaria hinc illo-  
rum dilatatio cessabit, & cum hac maior insimul  
actio in latera vasorum horumque validior in san-  
guinem reactione. Huic vero fortiori reactioni mas-  
sae sanguineae rarefactio natales suos debebat, adeo-  
que sequitur, ut priori illa per sanguinis imminutio-  
nem sublata, haec quoque imminuat.

§. XLVIII.

Praeter insignem usum, quem V.S. partim ni-  
miam sanguinis quantitatem imminuendo ac spissi-  
tudinis emendationem adiuvando, partim motum il-  
lius effrenem compescendo atque mitigando, corpo-  
ri praestat, alium adhuc eumque haud levioris mo-  
menti fructum, ex vasorum nexu ac directione ori-  
undum, ab eadem nobis promittere possumus. Ex  
hoc

38 *De Venae sectionis saepius in Peripneumonia*

hoc namque fundamento fieri potest, ut pro circumstantiarum condizione sanguis mox ad vicinas partes derivetur, mox ad remotiores revellatur (§. XXXIX.). In utroque autem casu sanguis motum suum, aucta celeritate, ad partes venae pertusae propinquiores diriget.

§. XLIX.

Datur V.S.  
derivato-  
ria & re-  
vulsoria.

Fit nempe sanguinis circulus per arterias in venas filo continuato, isque naturaliter in venis tardius progreditur, & pondere ac pressione versus canalium extremitates transitum illius, qui in arteriis movetur, aliquo modo remoratur. Incisa itaque vena in loco parti affectae vicino, sanguis exinde ablatus nec pondere suo versus venae radices ulterius premere, nec residuus, ob imminutam pressionem versus arteriarum latera, eadem vi agere potest; hinc, sublata resistentia, ut sanguis in arteria, cum vena incisa continua, maiori feratur celeritate, necesse est; unde sublata simul sanguinis mole nimia, & spatio contractioni arteriis apto procurato, partes obstruentes in motum concitantur faciliusque in venas derivantur; si vero vena, quae secatur, a parte affecta longius distat, hoc est, si V.S. instituitur revulsoria, tunc sanguis, ob immunitam quantitatem & maiorem pariter noctam celeritatem, qua nunc ad locum illum, ubi incisa fuit vena, progreditur, non amplius tanto impetu in vas a partis affectae agere valet; his ergo naturale redibit robur ac elasticitas, & quae antea ex imminenti eiusdem destructione pertimescenda erant mala, nunc plane cessant, vel longe faciliori negotio reparari possunt.

§. L.

§. L.

CELSVS iam iam, *Libro II. de Medicina Cap. X. Sententia*  
Venaefctionem derivatoriam & revulsoriam im- aliorum de  
probat, illosque, qui tales suadent, reprehendit, his utraque  
verbis: *Non ignoro, quosdam dicere, quam longissime V.Snis spe-*  
*sanguinem inde, ubi laedit, esse mittendum; sic enim cie.*  
*averti materiae cursum; at illo modo in id ipsum, quod*  
*gravatur, evocari. Sed id ipsum falsum est: proxim-*  
*um enim locum primo exaurit; ex ulterioribus*  
*autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emititur:*  
*ubi is suppressus est, quia non trahitur, ne venit qui-*  
*dem. Huius sententiam multi ex recentioribus Me-*  
*dicis amplectuntur, statuentes, derivationem & revul-*  
*sionem scopo ac intentioni, cuius gratia instituuntur,*  
*nullo modo respondere. Accelerationem enim mo-*  
*tus sanguinis in ea parte, ubi vena secatur, non ita*  
*diu durare posse, quin per totum statim corpus ce-*  
*leritas crescat, sibi persuasum habent, & sanguinis*  
*impetum in loco affecto non aliter immittui, nisi vis*  
*cordis ac arteriarum simul debilitetur, autumant;*  
*hac vero debilitata sanguinis motum non in una cor-*  
*poris parte, sed per totum systema vasculosum de-*  
*crescere, strenue contendunt.*

§. LI.

Militant omnino pro utroque illo argumento rationes quaedam, & quod primum spectat, sanguinem per incisam venam effluentem ad ventriculum Refutantur cordis dextrum non reverti, adeoque reliquum, ad hunc locum redeuntem, spatium, quod occupare debet, maius invenire, & hinc resistentiam, quam alias dissentientes sentit,

40 *De Venaesctionis Saepius in Peripneumonia*

sentit, decrescere, negare utique non possumus, unde nunc sequeretur, sanguinem ex toto corpore ad cordis dextrum ventriculum per venas reduci, sicque resistentiam per omnes canales venosos immittui & sanguinem in arteriis maiori celeritate progredi debere. Verum enim vero dum sanguis per prima evacuationis momenta in loco venaesctionis celerius omnino movetur (§. XLIX.), hocque temporis articulo maior eius moles ad has, quam ad alias corporis partes affluit, tunc, nisi obstrunctione valde iam inveteraverit, per motum derivationis auctum saepius illam referari posse arbitramur. Et licet optatum eiusmodi effectum ex V. Snc non prima statim vice consequatur, tamen si ea repetatur, hacque ratione sanguis in parte adfecta velociori iterum motu progressiatur, obstructionis resolutionem tandem fieri debere facile intelligitur; hinc, adductis ex caussis, sanguinis *derivationem* locum in medicina obtinere, iure meritoque putamus.

§. LII.

*Continua-  
tio eiusdem  
argumen-  
ti.*

Iisdem pariter rationibus *revulsionis* effectum certum & evictum reddere possumus & quae de hac §. XLIX. affirmavimus, ea §. antecedens egregie confirmat atque corroborat. Neque etiam ullum nobis metum concitat illud, quod in graviori casu per talen revulsionem cordis & arteriarum totius corporis vis debilitetur, sicque fluidorum motus non in parte solum affecta, sed in reliquis quoque tardior reddatur: vehementiores enim interdum adsunt congestiones, ubi sanguis adeo effreni ad partes ruit motu,

*repetitae usu eximio, singulari casu comprobato.* 41

motu, ut aegrotantes in summo vitae discrimine versentur; quo in statu ex duobus malis ut minimum eligat, prudenti incumbit Medico.

§. LIII.

Paucis haec tenus ea de V. Snc adduximus, quae ad scopum nostrum faciunt, simulque ipsius effectus, quos sub variis sanguinis conditionibus in corpore producit, ostendimus; restat ergo nunc, ut de eiusdem speciali usu in peripnevmonia, cuius cognitio pathologica in antecedentibus praemissa fuit, necessaria adiuc subtingamus, & commoda ex reiterata huius remedii applicatione in aegros tales redundantia monstramus, id quod in ultimo tandem Capite perficere allaborabimus.

CAPUT III.  
DE  
VENAESECTIONIS REITERATAE VSV  
IN PERIPNEVMONIA.

§. LIV.

Inter Medicos priscae aetatis nulla fere de re tanto animorum motu tantoque fervore, quam de Venae-sectione in peripnevmonia instituenda, unquam fuit agitatum; alii quippe eorum hoc remedium pro damnos & pestifero plane declarabant prorsusque reiiciebant, uti ex HELMONTII, HOLLERII, BLANCHARDI, aliorumque, qui horum castra secuti sunt, scriptis satis abunde appareret; alii hoc remedii genus pro absolute necessario declarabant, alii denique consiliis suis fluctuabant, illudque vel adhiberi, vel omitti posse statuebant. Medici vero recentioris

F

Variae Medicorum sententiae de V. Snis necessitate & utilitate.  
aevi

42 *De Venae sectionis saepius in Peripneumonia*

aevi, exactiori penitiorique de corporis structura cognitione, ac solida veraque morborum theoria instructi, sanioremque de fluidorum motu prae antiquioribus conceptum foventes, V.Snis utilitatem atque necessitatem cum artis nostrae parente, **HIPPONCRATE**, uno ore depraedicant & commendant; unde etiam eandem in hoc pariter morbo egregias exserere posse vires, eaque omissa omnem aliam huius mali irritam fore curationem, certissime confido.

§. LV.

*Generalis  
ratio neces-  
sitatis Ve-  
nae sectionis  
in peripnev-  
monia.*

Est enim peripneumonia morbus inflammatorius, adeoque obstruetio proximam eius constituit caussam; obstruetio vero remotione caussarum, quae eandem induxerunt & adhuc fovent, optime tollitur. Ad antecedentes iraque caussas, consideratis simul remotis, hic erit praecipue respiciendum. Quoniam autem antecedentes caussas constituebant plerora (§. XXII.) & depravata sanguinis qualitas, vel sola, vel excedenti sanguinis copiae iuncta (§. XXIII.), nec non motus humorum organicus (§. XXIV.), utique hinc adpareat, quod V.S. optime hunc morbum tollere queat. Quantam enim in hisce caussis removendis illa habeat potestatem, ex §. XLI. XLII. & XLVII. facile constabit. Imminuta igitur hac ratione abundante sanguinis copia, correcta spissitudine, motuque ipsius exorbitante compagno, humores liberiori cursu sese movere, facilius per partem adfectam transfire, particulaque obstruentes secum abripere atque aliorum deferre valent. Cumque inter caussas huius morbi remotas saepissime quoque adfint tales, quae sanguinis imminutio-

nem

nem postulant (§. XXVI–XXIX.), V. Snem pro medio huius morbi summe necessario iure meritoque declarare poterimus, in primis cum utilitatem eiusdem experientia quotidiana abunde fatis confirmet.

§. LVI.

Incongruum quibusdam videri posset, nos §. Specialiores rationes, necessitatēm hanc declarantes.  
XLIII–XLVI. Venae sectionis usum in casibus quibusdam singularibus interdixisse, insimulque adfirmasse, eiusdem administrationem sub certis quibusdam conditionibus absolute noxiā esse futuram atque idcirco omittendam; & tamen in praesenti hoc morbo, quem, accedentibus caussis remotis §. XIX–XXXII. adductis, status sanguinis non solum sanus ac integer prodire finit, sed deficiens etiam humorum quantitas, coniuncta simul spissitudine, motusque per corpus tardior promte ingenerat, sanguinis depletionem remedii locum occupare & ad felicem ipsius curationem necessario semper requiri, in §. anteced. simpliciter adseruisse. At vero peripneumonia, quibusunque a caussis exorta, est inflammatio pulmonum, ubi sanguis nimium ad has partes congregatus, stagnans, liberoque destitutus progressu, in vasis inclusus haeret, unde horum parietes ultra modum expanduntur, elasticitas infringitur, & vegeta ac proportionata contractio impeditur ac imminuitur. Iam autem datur V.S. derivatoria (§. XLIX. & LI.), adeoque pulmones per eandem ab exuberante & adgravante sanguinis mole commode satis possunt depleri, & sic, vasis naturali reddito robore & aucta simul sanguinis celeritate (§. XLIX.), globuli rubieundi incarcerati, in partes iam minores divisi ac dehiscen-

44 De Venaesectionis saepius in Peripneumonia

tes, per obstruētam materiam decenter transibunt, viamque ulterius ad cordis ventriculum sinistrum libere continuabunt. Venaesectionem ergo in hoc casu, ad felicem impetrandum eventum, quam plurimum omnino conferre, aut huic saltem obtinendo nulla parte officere, perspicue appetet. Neque etiam nos latet, alia adhuc, ad obstrūctiones referandas, sine sanguinis iactura, medicinam suppeditare remedia, quae vero in nostro morbo, ubi aegri de vita valdopere periclitantur, tarde nimis vires suas exferere solent. Tali ergo sub rērum facie, ubi a gravi inflammatione communiter tenerima, quae obstrūctionem fovent, vascula brevi temporis interiecto spatio destruuntur, & a sanguine impacto, aut, ruptis vasculis, extravasato, suffocationis metus imminet, intrepide vena erit aperienda. A partibus nostris stantem hic allegare possumus GALENUM, qui Lib. XI. Cap. X. de Venaesectione, tale fert iudicium: *Fieri tamen potest, ut morbus quidem id desideret, corpus autem vix pati possè videatur; sed si nullum apparet aliud auxilium periturusque sit qui laboret, nisi temeraria quoque via fuerit adiutus, in hoc statu boni Medici est, ostendere quam nulla spes sine sanguinis detractione sit, faterique quantus in hac ipsa remetus sit, & demum, si exigatur, sanguinem mittere.* Nunquam ergo de eo, sub eiusmodi statu, dubitare licet, cum satius sit anceps, quam nullum experiri remedium.

§. LVII.

*Quo in loco.  
V.S. sit ad-* Ea, quae hactenus de hoc morbo diximus, si quis aequa iudicij lance ponderet serioque secum medi-

meditetur, *tempus & locum*, ubi vena erit secanda, *ministran-*  
facile indicare atque determinare valet. Nam cum *da.*  
*peripnevmonia* morbus sit inflammatorius, utique  
hinc vena brachii, lateris adfecti, derivationis scopo  
reliquis omnino erit praferenda. Et licet vena,  
quaec hac occasione inciditur, ab arteriis pulmonum  
obstructis longius omnino absit, ut hinc, imminuta  
in hac sanguinis resistentia, maiori in arteriis excitandae  
celeritati, ad obstructionem reserandam, impar  
plane esse videatur; experientia tamen abunde docuit,  
meliorem ex huius, quam aliis venae incisione  
sequi effectum. Spectat hic in primis illa obserua-  
tio, quam doctissimus WERLHOFIVS in *Commercio*  
*litterario Norimbergensi Ann. 1735.* communicavit, ubi  
nimirus Chirurgus pleuritico, immensis dextri late-  
ris doloribus afflito, venam in sinistro brachio aper-  
ruit; tribus autem fere uncis floridi sanguinis emis-  
sis, cum eodem momento accederet vir modo nomi-  
natus celeberrimus, claudi vulnus & in dextro latere  
venam aperiri iussit, ex qua octo adhuc unciae san-  
guinis flavi, fere plane crustosae, qualis in summa pleu-  
ritide esse solet, profluere, momentaneo cum levamine  
& felici deinde morbi sanatione. Qua ergo  
quaeso! ratione, nisi derivatio fieri possit, diversam  
huius ex vena emissi sanguinis conditionem explicare  
poterimus? Hinc etiam merito viri in arte exer-  
citatisimi V. Snem in brachio dolentis lateris maius  
semper aegrotantibus attulisse levamen, quam si op-  
posito in loco instituta fuerit, ex propria sua experi-  
entia confirmant.

§. LVIII. *Tempus V.* Sni in hoc morbo ma- *Quodnam*  
*F. 3* *xime*

## 46 De Venaesctionis saepius in Peripnevmonia

tempus  
V. Sni in-  
primis sit  
opportu-  
num.

xime opportunum tres primi dies plerumque fere consti-  
tuunt, dum per se iam liquet, quod quo citius illa institui-  
tur, eo certiore & meliore praefet effectum. Pro  
circumstantiarum autem ratione etiam ultra huncce ter-  
minum nequaquam reformidanda, multo minus negli-  
genda est, cumque vera pleuritis ratione originis & cura-  
tionis cum peripnevmonia quam maxime conveniat, uti-  
que hinc, quod de illa viri de re medica optime meriti an-  
notarunt\*), ad hanc iterum bono cum successo applicare  
licebit. Sic Excellentissimus TRILLERVS die morbi quin-  
to, sexto, septimo & octavo pleuriticis optimo cum  
eventu sanguinem dextraxit, & Illustr. van SWIETEN in  
*Commentario ad BOERHAAVII Aphorismos Tom. II.* refert,  
se interdum serius quoque, felicissimo tamen cum succes-  
su, V. Snem instituisse. GALENI autem sententia, quam in  
libro *de curandi ratione per sanguin. missio*. Cap. XX. pro-  
fert, dum dicit: *Quocunque enim die mittendi sanguinis*  
*scopos in aegrotante inveneris, in eo illud auxilium adhibebo,*  
*etiam si vel vigescimus ab initio is exsifterit;* an imitationem  
mereatur, nec ne, aliis prudentioribus diiudicandum re-  
linquo.

Effectus ex  
repetita V.  
Sne in peri-  
pnevmonia  
expectandi.

§. LIX. Ea vero est peripnevmoniae indoles ac na-  
tura, sicuti id saepissime Medici per experientiam depre-  
hendunt, ut post peractam V. Snem symptomata non sta-  
tim imminuantur & mitigentur, sed saepius magis ingra-  
vescant. Prudens ergo Medicus tunc probe intelligit,  
superesse adhuc caussas, ulteriorrem eius repetitionem sua-  
dentes & urgentes, adeoque & hanc intrepide suscipit at-  
que

\* ) Ingentem, antiquorum in primis talium celebriorum Me-  
dicorum, Catalogum exhibet Renatus MOREAU, *Tr. de mis-  
sione sanguinis in pleurite*.

que commendat. Quando enim febris, indivulsus gravissimi huius affectus comes, eadem corpus aegrotantium saevitia torquere pergit, tunc in crebriori generosi huius remedii applicatione solam salutis spem esse ponendam merito arbitramur, in primis quoniam illa partim ab obstructis vasculis pulmonum & inde enato sanguinis motu celeriori oritur (§. XI.), partim violentae ventriculi cordis sinistri distensioni ac irritationi, per sanguinem in dextro ventriculo nimium coacervatum, liberoque motu interceptum productae, quam iusto vehementior fibrarum muscularium actio hancque subsequens concitatior humorum motus excipit, natales suos debet (§. XII.). Inde enim limpidissima pars serosa & lymphatica dissipatur ac coagulatur, sanguis magis magisque resolvitur multisque particulis salinis & aliis heterogeneis inquinatur, unde dein ad obstructa irruens vasa ibidem subsistit malumque gravius reddit. Calor etiam praeternaturalis talem impactis humoribus inducere valet dispositionem, ut, loco benignae suppurationis, vel in putredinosam & sphacelosam abeant corruptionem, vel ita indurentur, ut nulla postmodum arte solubiles, irreparabile sanitatis vitium inducant, inque scirrhos, tubercula & nodos, partim alias chronicos & sonicos affectus post se trahentes, partim crebrioribus peripnevmoniae recidivis occasionem praebentes, dein abeant. Si vero per Venae sectionem abundans sanguinis quantitas imminuitur (§. XLI.), adfluxus eiusdem aliorum divertitur (§. XLIX.), obstructio tollitur (§. LI.), & rarefactio mitigatur (§. XLVII.), necessario utraque, febrem & ingignens & adaugens, caussa insimul auferri debet. Heroico itaque conamine sanguinis missio sub peripnevmonia eousque erit repetenda, donec febris a vehementia

48 *De Venaefectionis saepius in Peripneumonia*

mentia sua quadantenus remittat, purisque boni & laudabilis generationem ulterius impedire haud valeat.

*Ulteriores  
salutares  
effectus V.  
Snis, intuitu  
symptomatum, in  
peripneumonia.*

§. LX. Quando pulsus in hoc morbo celeres, parvi, quin interdum intermittentes denotantur, & arteriae sub exploratione, manentibus reliquis gravioribus symptomatibus, cum mollitie vibrant, indubitatum praebent signum de inaequali & difficiliori sanguinis circulo & subsistente adhuc causa inordinatae fluidorum per corpus distributionis. Cum vero haec ipsa unice fere ab obstructis pulmonum arteriosis vasculis & inde facta inflammatione primo exorta fuerit & adhuc foveatur, utique id, quod canarium occlusionem removet, & sanguinis aequalis progressum ex uno ventriculo in alterum restituit, optime illam ipsam removebit caussam. Nunc autem Venaefectio, & quidem derivatoria, obstructioni medetur (§. LI.), insimulque eodem in loco huius remedii beneficio, si in primis reiteratis adhibeatur vicibus, felicem resolutionis obtineri posse effectum probe iam novimus; hinc sub tali pulsuum conditione V. Snem non solum esse utilem, sed eius quoque repetitionem summe necessariam, abunde satis adaparet.

*Continua-  
tio prioris  
expofitionis.*

§. LXI. Dolor quoque ille obtusus & gravatus, cuius §. XV. mentionem fecimus, si non remittit veherentiusque aegrotos tales excruciat, medelam & auxilium ex chirurgico hoc obtinet remedio. Sanguis enim stagnans & circa has partes nimium congestus dum nec tutiori, nec commodiori ratione in motum iterum naturalem redigi, nec etiam promptius aliorum, in periclitantium salutem, quam per V. Snem, potest derivari, haec ipsa utique praestantissimum in hocce morbo constituet remedium, eiusque reiterata applicatione perniciosum alias metuen-

metuendum eventum feliciter praecaveri posse merito contendimus, cum e contrario ex eius neglectione, ab impetuoso sanguinis versus partem adfectam adfluxu, tanta haud raro respirationis, cum virium suppressione, insequatur difficultas, quae non solum nulla alia tolli potest medicatione, sed etiam drepente plerumque in lethalem transit suffocationem.

§. XLII. Plura equidem hoc spectantia, scitu & utilia & necessaria, subiungenda adhuc essent, sed partim in eo aliis otium nobis fecerunt, partim ex antecedentibus iudicosa consecutione singula ista facili negotio a lectoribus nostris possunt suppleri. Sufficiat nobis, temporis & paginarum angustia nimium coērcitis, id saltem specialius enodatum & explanatum dedisse, quod exoptatus recuperatae sanitatis successus in aegrotante, cuius-mox subiungemus historiam, non tam reliquis adhibitis congruis medicamentis, quam potius & praeципue Venae sectioni iteratis vicibus institutae, in acceptis sit ferendus, unde & alii, sub similibus circumstantiis, eo maiori cum fiducia eandem imitari poterunt methodum, quo magis nunc de utilitate pariter ac necessitate eiusdem procul dubio convicti erunt. Nil ergo amplius nunc supereflle iudico, quam ut promissum illum & ab Illustri Dn. D. COHENIO benignissime mihi communicatum casum coronidis loco subiungam, qui sequentis est tenoris:

*Vir XXX. circiter annorum, temperamenti sanguinoc-  
cholerici, habitus corporis tenerioris & macilenti, litte-  
rarum studio iusto plus indulgens, verbi divini praeco, multis  
ab his annis vexatus pathematis hypochondriacis, quibus  
effectum fuit, ut sanguis copiosus ad pectus rueret & dolores  
aliquando acutos, cum anbelitu paulo difficulti, nec non cordis*

**G** *palpi-*

*Conclusio.*

palpitatione, aeger persentisceret; quin sanguinem interdum sacerum, tussi levi, ad coclear dimidium reiceret. Hic ergo per quatuordecim antea dies respirandi molestia cum lascitudine membrorum, levique intercurrente horripilatione, adficitur; neque tamen bac de re sollicitus, negotiis suis pro eodem more, ac solebat cum sanitate fruerebatur perfectiori, interfuit, nisi quod venam in pede secundam praeciperet; at vero vesperi, octo post V. Snam diebus, frigore corpori calenti improvide admisso, de totius corporis molestia conqueritur, iuncta cum horripilatione & subsequente febri inquietudine, siti & pervigiliq, tussi levissima secca, sed respiratio amblofa erat & accelerata, cum dolore sub manilla dextra magis obtuso, quam acuto; iungebantur tamen dolores tensivi, ac clavicula ad collum ac utramque scapulam & humeros divagantes; urina mingebatur fervida, rufa, absque sedimento. Sub hac rerum facie nox transiebat, neque minus dies alter, accedebat nausea, murmura in ventre & deiectiones alvi frequentes, nullo tam cum levamine, quin potius increaserent singula.

Vocatur Vir illustris tertio die, aegrotantem inveniens laboriosius respirantem, in latera cubare impotentem, cum dolore supra dicto, qui per momenta magis acutus evadebat, coniunctio sinuul pulsa magno, celeriore & pleno, oculis fulgentibus, praecordiorum anxietate, magna virium deiectione, & diarrhoea adhuc continuante, quae ansam medentibus dubitandi praebere potuissent, atrum V. S. sit profutura? his tamen non obstantibus venam in brachio secare iubet. Subtractae fuerunt unciae IX. sanguinis, qui post horae quadrantem membrana erat obductus, crassitie digiti dimidii, atram materiam sub se recondens. Mixtura dein aegro praebebatur ex acetum cum sale tartari saturato, cumque aquis diapnoicis & pectoralibus diluto, parata & largiter insimul nitrata, syrupoque papaverae.


rhoead. edulcorata. Ptisana quoque erat concessa, ex decoct. a-  
venae, citri suco acidulata, nec non infusum Theae Chinensis.

Cuncta inde redditu fuerunt mitiora, sed cutis adhuc sicca  
mansit, & die sequenti quarto singula recensita symptomata  
recrederunt, excepta alvina excretione, cum bis tantum al-  
vum exonerasset. Venam itaque iterato secare iussit Vir il-  
lustris, sed leve saltem symptomatum per aliquot horas inde  
secutum fuit decrementum; siquidem post horam VIII. ve-  
spertinam aestus cum pulsus celeritate cunctaque alia ingra-  
vescebant; vena ergo tertia vice tunc aperiebatur & unciae  
VIII. sanguinis emittebantur, qui tamen priori iterum erat  
simillimus. Nocte sequenti somnus absuit, sitis non adeo ma-  
gna, bis deiecit aeger, & licet urina deponere inciperet sedi-  
mentum viscidum, respiratio tamen non dum libera facta fuit.  
Sanguis itaque quarta vice subtractus est ex brachii vena,  
neque tamen a priori iamiam emissio differebat, pulsusque ve-  
locitas & magnitudo parum saltem diminuebatur, nocte ta-  
men insequente somno interrupto per horae quadrantes frue-  
batur, quam ob rem die sexto vena brachii quinta vice per-  
tundebatur, sed sanguis eandem faciem exhibuit, unde, pulsus  
versus vesperam aucto, sexto die circa horam VIII. vesperti-  
nam iterum vena incidebatur, sanguis autem extractus prio-  
ri adhuc similis adparebat. Nox insequens erat inquieta,  
deiectiones alvi bis vel ter continuabant, superveniente simul  
vomitu; sudor quidem prodibat, sed neque copiosus, neque in  
toto corpore fluens; tussis aderat sicca, aliquando tamen ei-  
ciebatur materia, sed pauca, viscida, respiratio manebat ad-  
huc eadem, sed urina exhibebat sedimentum copiosum viscidio-  
mucidum, & hoc ipso septimo die alvus bis turbabatur; cir-  
ca vespertinam quartam pulsus micare coepit & celerior &  
validior, cum tussi sicca, inquietudine maxima, aestu, pauca sati,  
atque respiratione adhuc difficulti & non sine dolore obtuso.

Septi-




Septimo itaque hoc die, hora quinta vespertina, octo uncias sanguinis, post horae quadrantem, eandem, quam superius retuli, faciem exhibentis, ex dextra brachii vena educendas Vir noster illustris praecepit. Eadem medicina continuabatur, nisi quod in locum acetii destillati acetum squilliticum substitueretur, & insulsum Theeforme, ex radicibus tarax. foenic. glycyrrhizae, herb. marrub. alb. veron. salv. flor. malv. papav. rh. crebro sorbillandum suaderetur, insculunque tenuis gallinarum cum cieri succo porrigeretur. Nocte sequenti somnus adhuc deerat, pulsus enim in eodem circiter vigore continuabat; per alvum bis vel ter materiam magis foetidam & mucosam deiciebat & vomitu etiam crebro mucus viscidus reieciebatur, virium aderat summum decrementum, ita ut saepius delinqueret aegrotus; sed respiratio tamen liberior notabatur, & octavo die sudor fluebat largissimus ac foetidissimus per totum corpus, urina crassa etiam continuabat; restitabat saltum trussis secca, & sub inspiratione impedimentum aliquod in puncto adfecto sepe animadvertere dicebat aegrotus. Mixtura igitur ex aceto destill. in quo solvebantur lap. cancriorum, praescripta fuit, additis aquis analectis, nitro & syrupo papaveris rhoeados, singulis horis ad cochlearia duo sumenda, atque omni triborio interponebatur cochlear unum potionis, ex aceto squillit. in quo solutum erat Gummi ammon. cum aqua veronic. dracunculi & cinnamom. sine vino, paratae, nec non cum syrupo papav. rhoead. leniter edulcoratae; concedebatur quoque gelatinæ cornu cervi, cum vino Rhenano veteri confectæ, moderatus usus, atque crebrius insula gallinæ & carnis vitulinæ offerebantur. Nocte inter diem octavum & nonum tranquillus succedebat, ad sex circiter horas durans, somnus laetamque hanc dies nona morbi bucusque ancipitis redditus faciem; quippe arhelitus naturali simillimus, somnus postea otto horarum cum sudoribus foetidis, urina crassa, stitis naturalis, exercitio fecum mucidrum foetidissimum unica tantum quotidie, haecque omnia ad undicimum usque diem durarunt, tuncque virium iam iam expertus incrementum, animo simul redditum naturalem ferentarem laetus profitebatur; urina prodibat copiosor, coloris citrini, & rufis paucis cuncte redeunte appetitu, siveque vir egregius, quem inter mortuos iam iam numerarunt tantum non omnes, ex orci fauibus ereptus, civitatis universae desiderium implevit.



01 A 6576



TAOG  
S6,



B.I.G.

	Black	White	3/Color	Red	Magenta	Yellow	Green	Cyan	Blue	Centimetres	Inches
8											
7											
6											
5											
4											
3											
2											
1											
0											

Farbkarte #13

TIO INAVGVRALIS MEDICA  
DE  
SECTIONIS SAEPIVS  
IN  
MONIA REPETITAE  
VS EXIMIO  
RI CASV COMPROBATO

QVAM  
ISPICIIS SVMMI NVMINIS  
ET  
ATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
RAE S I D E

A ELIA BÜCHNERO  
OMANI IMPERII NOBILI,  
USSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,  
HIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
ADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE  
OMITE PALAT. CAESAREO,

PADV DOCTORIS  
DICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
BVS LEGITIME IMPETRANDIS,  
I. SEPT. A. S. R. CI 3 IOCLIII.  
REGIA FRIDERICIANA  
PVELICE DEFENDET  
AVCTOR  
FRIDERICVS KRAVSSE  
POTSDAMPIENSIS.  
EBVRG. LITTERIS HENDELIANIS.